Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8166
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



bonj fugam, nobisq; autores. Jm igitur, et pp hæc, sibi in
telligibilis constitit mundj, quemadmodum ego de his
philosophatj sum, tenuj sermone ardua exponens. Cæterum
postquam illi prima uerò fuerescerant, secundario mun
dum excogitauit materiatem, et uisibilem, ac is e, e corpo
et terra, et ex q in medio sunt commixtio illa et connexio,
laudabilis quidem, pp unigenitiq; rei indistinam singularem,
longè uerò laudabilior, ob connnitatem et consonantiam
q ex omnibus constat, n aliud erga aliud decorè se habeat,
et cuncta in universis, ad unius mundj perfectionem, uerè con
ueniant, ut DEUS ostenderet, non solum nam sibj esse
domestica, sed q omnino aliam substituere pulchris necesse esset.
Etenim hæc intellectuales, et mente solum comprehensibiles
Diuinitatj sunt domestica, alienae uerò penitus, quinq; subsensum
cadunt, et ex illis longè magis, q omnino inanimatæ sunt,
et immobiles. Sed q nobis hæc, fortasse dicet aspiam,
festinamore ualdè delenitus, et frequentior, ad metam
equum impellit, et de ijs q ad festum pertinent, ac quam ob
rem hodie gestiens philosophare, faciam id quidem
et si paululum alius, ita sermone et desiderio adigente,
orsus fuerim. Mens igitur iam, et sensus, ita inuicem discreta,
intra terminos constituerant proprios, et uerbi creatoris ex
cellentiam, in seipsis extollebant, tanti laudatores, et
assiduj magnificentiæ praecones, ut et nondum ex uinculis
factum erat temperamentum, neq; gratiosa commixtio
aliqua, sapientiæ maioris, ac uarietatis illius, q circa nas
uersatur cognitio, neq; bonitatis Diuinæ omnes cognitæ
erant. Hæc igitur opifex uerbum, ostendere uolens, animal
unum, ex uinculis inuisibili inquam, et uisibili natura
hominem fabricat, ex materiaq; iam existente corpus
sumit, a seipso uerò uitam inuitit, qua quidem anima